

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Cras Credo Hodie Nihil. Sive, Modus tandem sit ineptiarum**

**Heinsius, Daniel**

**Noribergae, 1626**

[urn:nbn:de:bsz:31-107417](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107417)



Faint, mostly illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

22 v 83 M.

g

I 454



Faint text at the bottom of the page, including the word 'Dahit' and other illegible characters.

5  
CRAS CREDO

HODIE NIHIL.

*Sive,*

Modustandem sit in-  
eptiarum.

SATYRA MENIPPÆA.



*In Regno Luna, Luciâne, infanda geruntur,  
In terra dubitas miruma mira geri?*

NORIBERGÆ,

Ex officina Halbmayeriana.

clō lo C XXVI.

1626

*Canisius. G. A. H.*





AMICO LECTORI.



Mice Lector, Var-  
ro inter Menippeas  
 suas, unam hac in-  
 scriptione quã hic  
 habes, publicavit: In qua  
 res humanas, quod jam qui-  
 dam monuerunt, & earum,  
 sine dubio, vicissitudinem  
 ac inconstantiam, notavit.  
 Præsertim verò, in homini-  
 bus, in quibus nihil est, ut  
 loquitur poëta, de quo fi-  
 des sit habenda: nihil hodie,  
 ut heri. Potuit & Academi-

A 2 COS

4  
cos risisse, qui in omnibus  
assensum sustinebant, quos  
nec hodie desideramus: ne  
in iis quidem quæ gravissi-  
ma habentur, & necessitate  
p usquam Geometrica, ut  
Plato loquitur, nituntur.  
Nos, exemplo ejus, quan-  
tum quidem ex reliquis ap-  
paret, magis hic de vitiis quã  
de hominibus festivè quæ-  
dam lusimus, ea moderati-  
one, ut nullius probi nomē,  
in discrimē vel levissimum  
adduceremus. Qui religio-  
nem, factionem integram,  
aut sectam, nisi si quæ sit  
quam profiteri omnes, vere  
Christiani, metuunt, ad par-  
tes

resvoca  
malum fi  
autem  
*Defensio numer*  
Nec prof  
religio au  
aut dive  
multos  
gliscit st  
ex indig  
cia. Siqu  
niendi s  
habeas le  
gis peti  
qui in a  
derelict  
duntur.  
quibus  
re, nõ re

tes vocant, vim negotii aut  
malum sibi creant. Illos  
autem

*Defendit numerus, iunctaq, umbone phalāges.*  
Nec profecto per facetias  
religio aut melior suadetur,  
aut diversa tollitur. Et si  
multos pariter hic pungas,  
gliscit studium vindictæ, &  
ex indignatione, & pertina-  
cia. Siquid velis, singuli con-  
niendi sunt, tum ut æquos  
habeas lectores, tum ut ma-  
gis peti se intelligant, sicut  
qui in acie deserti, & à suis  
derelicti, perludibrium cæ-  
duntur. Amicorum nævos,  
quibus nemo caret. vellica-  
re, nō remissio philosopho-  
rum.

A 3 rum.



rum, qui hunc styli nasum  
 primi condiderunt, sed loli-  
 go, ut cum Flacco loquar,  
 & malignitas habetur, certe  
 à Belgico candore abhorret.  
 Ultro aliquem laceſſere, aut  
 procacis aut maledici. Pro-  
 vocare eos, qui, cum lubet,  
 referire poſſunt, aut quos  
 ſua dignitas tuetur, atræ bi-  
 lis argumentum eſt. Inſul-  
 tare infelicibus aut miſeris,  
 cruentum, niſi ultro in in-  
 noxios, à quibus nunquam  
 læſi ſunt, incurrant. Sacra  
 aut in ſacris aliquid ridere,  
 hominis profani eſt, etiam ſi  
 iſto animo non fiat. Reſpō-  
 dere ſerio obſcuris, aut igna-  
 ris di-

ris diſcip-  
 meli mo-  
 clam cu-  
 bos tant-  
 magiſtra-  
 gant. qu-  
 os, & in-  
 care, qu-  
 cam in-  
 vel ho-  
 quos ſp-  
 melior-  
 ambiur-  
 bi eſte p-  
 riſu con-  
 nis qui-  
 digni,  
 ſibi cre-  
 potuit p-

ris disciplinæ omnis & ho-  
 nesti moris, qui mendacia  
 clam cudunt, quæ in pro-  
 bos tantum & autoritatem  
 magistratuum, clam spar-  
 gant, quid est, nisi tollere e-  
 os, & in luce hominum lo-  
 care, quibus pœnam publi-  
 cam improbitas promittit:  
 vel hoc nomine indignos,  
 quos splendore suo fama  
 melior illustret? quam ut  
 ambiunt fortasse, ita satis si-  
 bi esse patientur, quod cum  
 risu contemnantur. Nam de  
 iis qui communi odio sunt  
 digni, aut libenter malum  
 sibi creant, nihil unquam  
 potuit peccari. Quibus eos

A 4 adde,

adde, qui de eruditione &  
 eruditis ineptissime & inso-  
 lenter judicant. Ut Apo-  
 logiam pariter hic habeas.  
 Quam si operose, & cum  
 cura instituerem, quod faci-  
 unt plerique, nulli rei essem,  
 & ineptior his ipsis. Si qui  
 sint, de quibus ne per som-  
 nium hic quidem cogita-  
 vi, qui, ut culpæ fœcundis-  
 sima est ætas, quam plerun-  
 que sequitur suspicio, læsos  
 se à nobis dicant, si poenas a-  
 nimo haud rectè sibi con-  
 scio persolvant: nostram  
 autem innocentiam absol-  
 vant, si videtur, quam ne  
 approbare istis quidem vo-  
 lo, &

lo. & rei  
 probavi.  
 magnific  
 prator  
 cum & l  
 tum sit,  
 fiat, qu  
 bat olim  
 gustam  
 & exig  
 tissimu  
 lepidea  
 ut soleb  
 urbem,  
 Neque  
 bis vide  
 nō tam  
 despect  
 bitione  
 scribere

lo, & re ipsa bonis eam ap-  
probavi. Sed nec limen hic  
magnificum expecta, aut  
præfationem longiorem,  
cum & ludicrum hoc to-  
tum sit, & breve. Ne hoc  
fiat, quod Diogenes nota-  
bat olim, qui, cum ad an-  
gustam civitatem quãdam  
& exiguam, amplum ac la-  
tissimum videret aditum,  
lepide ad incolas conversus,  
ut solebat, *Custodite, inquit,  
urbem, ne per portam elabatur.*  
Neque enim tanti istud no-  
bis videbatur, ut ineptiarum  
nō tam odium professi quã  
despectum, propriam am-  
bitionem in vestibulo præ-  
scriberemus. A 5

## Horat. Sat. lib. II.

## Sat. I.

-- hic stylus haut petet ulero

Quaquam animantem, & me veluti custodiet ensis  
 Vagina reclus. quem cur distringere coner  
 Tutus ab infestis latronibus? ô pater, ô rex,  
 Jupiter? ut pereat positum rubigine telum,  
 Nec quisquam noceat cupido mihi pacis. at ille  
 Qui me commoritur (melius non tangere clamo)  
 Fretus, & insignis tota cantabitur urbe.



CRAS



CRAS  
 he  
 FERI  
 large p  
 quamdiu  
 enim semp  
 sus mihi su  
 trio nem  
 lexi multa  
 qua fidem  
 rent. Sol  
 vigilanti  
 cum a co  
 quanto ja  
 quasi jur  
 herere. I  
 debatur,

CRAS CREDO,  
 hodie nihil.

**F**ERIIS *his proximis, cum  
 large prorsus ac benigne ali-  
 quamdiu dormivissem, (neque  
 enim semper vigilare lubet) vi-  
 sus mihi sum ad ultimum Septen-  
 trio nem versari. Ubi sepe intel-  
 lexi multa artibus occultis fieri,  
 quae fidem apud nos vix invenil-  
 rent. Solent autem, quae de die  
 vigilantibus occurrunt, noctu,  
 cum à corporis imperio mens ali-  
 quanto jam solutior, & magis  
 quasi juris sui, divagatur, animo  
 herere. Erat autem, ut tum vi-  
 debatur, rupes quaedam vasta*  
 A 6      atque

*Colo.*

12

CRAS CREDO,

atque excelsa, quæ inferiore sui parte maris impetum frangebatur: supra, herbis & graminibus, ad voluptatem usque lecta. Ut nunc arbores omittam, quæ ingenua nature arte ac simplicitate, in ordines descriptæ, jucundissimum advenientibus hospitium præbebant. In hanc subito delatus, mulieres aliquot invenio, quæ nugarum artificio, intuentium credulitati imponebant. Inter omnes autem unam, qua nihil elegantius aut pulchrius humani oculi viderunt. Ei me adjungo, & ut artis vanitatem coram cæteris traducerem, quin hoc ergo agimus nunc, inquam, o venusta nostra, & quando quidem prolata res sunt, totum hunc terra-

H  
terraru  
in plena  
viter sub  
tu pacta  
terram L  
heic prim  
lebrī fo  
tur, occ  
accepti  
git. Q  
randa  
rum g  
jus num  
Nam  
nunc  
perga  
ad flu  
nihil  
ve qu

terrarum orbem, cum hominibus,  
 in plena nobis luce ponis? Illa sua-  
 viter subridens, & haud ita mul-  
 tis pacta, carmen suum infit, & in  
 terram Lunæ orbem trahit. Atque  
 heic primo quidem ipsa Luna, mu-  
 liebri forma, qualis à poëtis pingi-  
 tur, occurrit, ac salute data atque  
 accepta, manum venienti porri-  
 git. Quam ut vidi, Salve vene-  
 randa, inquam; omnium larva-  
 rum genitrix ac somniorum: cu-  
 jus numen eruditi quoque sentiunt.  
 Nam quid ego vel inscriptiones  
 nunc librorum hic commemorare  
 pergam, qui bis anno, sicut nosti,  
 ad fluenta Mæni exponuntur. Illa  
 nihil admodum morata, in concla-  
 ve quoddam orbis sui, quod ad ori-  
 entem



entem erat, nos deducit. Ex quo equidem, non terras modo singulas ac civitates, sed & homines, & actiones singulorum, quasi coram, intuebar. Videbam autem, alios currentes, alios plorantes, alios ridentes deniq;. Erant qui uxorem ducerent: erāt qui efferrent. Alii optabāt pacem: alii aversebantur. Opes alius querebat: & hæc turba erat multo maxima: alius dilapidabat, & easdem iterū querebat. Ita, ut à luxu pariter & egestate, transitus ad vota fieret. Erant qui heredes, erant & qui cōsulatus ac præturas, & continuas honorum paginas, optarent. Quidā, annos centum, vitam prorogari sibi tacite petebat, illa lege, ut quocūq; dem

dein fato occumberet. Quidam,  
voto minus immodesto, Virgis ali-  
quamdiu irrigatus, Gygis sibi an-  
nulum optabat, ut, pro tempore,  
lictoris diligentiam effugeret. Cui  
diu multumq; latus pariter & ter-  
gum cōmodarat, falsa autumans,  
ut reor, quæ de tarditate sensuū, ab  
Academicis dicūtur. Et hic multis  
æqua postulare videbatur. Navi-  
gabant Batavi: equitabant Itali:  
vires suas, quamvis jam accisas,  
venditabāt, Lusitani: sed Hispani  
magis. Bellum cum Austriacorum  
gente, Bou: cum Polonis Sueci cum  
his ipsis, aut Moscovia, gerebant  
Tartari. Flandria ad tēpus coleba-  
tur, & jam caput post immane bel-  
lum, sensim attollebat. Livoniam  
vasta-

vastabant duo Reges, quæ calamitatem nõ diffidebatur suã, sed cadaver visu miserandũ, è ruinis ostendebat. Oratores denique dicebant, philosophi dissentiebant, critici, ariolorum instar, conjectabant.

Poëtarum natio esuriebat; suo vitio an seculi non dicam, nisi quod in multis locis, etiam sitirent. Juris sacerdotes, lites alii tollebant, alii, ut diversa sunt ingenia, serebant, neutri gratis equidem quod sciam, sicut raro admodum dolere vidi medicum, quod pauci optime valerent. De Theologis vix quicquam liquet. Quippe, quanquam inter dormiendum, nihilominus memineram, prudenter eos præteriri. Porro, nisi quis Homerum legit,

explicita  
est. Apud  
culo, diver  
Tiracas, N  
melgos; v  
obstat, qu  
Græcos co  
cum illi n  
plane eve  
unver/a  
debant. J  
esse inepit  
Mortal  
quem si  
tra ipsun  
ci sibi v  
aliquis re  
ad prætor  
mur? c

git, explicari hoc negotium vix potest. Apud eum Jupiter, eodem oculo, diversas gentes; & imprimis Thracas, Mysos, Abios, & Hippomolgos; videt: neque quicquam obstat, quin Trojanos quoque & Grecos contempletur, nisi quod tum illi non luberet. Idem mihi plane evēnit. Atque hac quidem universa, de iudicio unius tum pēdebant. Judicabam autem, nihil esse ineptius hoc orbe. In quo

Mortales multi rursus ac profus meant. Ter.

quem si ~~ve~~ venū quis exponat extra ipsum, nemo sit qui obolo addici sibi velit. Et hoc est, quod flendo aliquis relinquit? è quo, tanquam ad prætorem, & in nervum, rapimur? cuius causa, mortem detestamur?

stamur? in quo saepe ambitiosus  
 aliquis, qui praeter solam dignitatis  
 umbram nihil vidit, vultu ad se-  
 veritatem parum comiter compo-  
 sito, ut qui in Patrocliam sellis de  
 eventu adhuc dubitat, screās quo-  
 que saepe aut oscitans, eruditum  
 hominem ac falsum, solo supercilio  
 dimittit. Qui, cum Parca digito  
 concrepuit, omnibus ineptus de-  
 functus, tertio, ut plurimum, sin-  
 gultu, ociose admodum extendit  
 calcem. Ac tum demum, [ Vide Plat.  
 & Aristot. in Polit. de *ἰστροποιῶν.* ] funda-  
 mentum Reipublicae intelligit. U-  
 na enim omnes post hanc lucem  
 excipit equalitas.

Hic tumida Reges ora victores gerunt,  
 Victiq; mœrēt hinc trophæa, hinc laureas,  
 Hinc spolia poscunt. Hæc arena est, quã va-

gus

Hinc

Hinc cingit a  
 Hic circus in  
 Et scena forti  
 Ut saepe puer  
 Non extruū  
 Aut tollit in  
 Rotæque ad  
 Hinc fluxa v  
 Et inter ipsa  
 Hinc spes in  
 Sape una lu  
 Nectantur  
 Et ante, fal  
 Falces, secu  
 Includit or  
 Et, ut in  
 qui cum  
 desinunt

Et factio  
 Et odia sub  
 Et pacem,  
 Hereditat  
 Ubique vic  
 Recludii o

Hinc cingit æther, inde Neptunus ferit.  
 Hic circus insolentis, hoc siparium  
 Et scena fortis, hic jocantis in modum,  
 Ut sæpe pueri, cum recurvo in littore  
 Nunc extruūt, nunc pedibus evertūt opus,  
 Aut tollit imos, aut superbos deprimat,  
 Rotæque ad instar versat humanum genus.  
 Hinc fluxa vanaq; omnia, hinc certū nihil,  
 Et inter ipsas consenescimus vices.  
 Hinc spes inanes vota que ambientium  
 Sæpe una ludit, nulla consummat dies.  
 Nec tantum in ipso vita destituit bono;  
 Et ante, fallit. Hic honores, his opes,  
 Falces, secures, latifundia, ac domos,  
 Includit orbis.

*Et, ut imitari incipiam plerosque,  
 qui cum in cothurno incoarunt,  
 desinunt in socco,*

--- hic ineptiunculas,

Et factiones, & simultatum mare,  
 Et odia subita, & æmulatiunculas,  
 Et pacem, & iram rursus; & vaferriimas  
 Hæreditatum captitatiunculas,  
 Ubique video. nundinalis hæc semel  
 Recludii omnem pergula histrioniam.

*Bene*

*Bene sit Natura rerum, quæ plorando voluit nos nasci. Nunquam equidem mentimur minus, quam cum lachrymis ordimur vitam. Nisi quod Democritus ad rationem provocare potest: qui cum grandior etate esse, & abunde res humanas perspexisset, risum maluit præferre. Quicquid enim aut Natura fecit, aut ingenium excogitavit, aut opinio commendat homini, contemptum non excedit. Sed ad somnium revertor, à quo, tanquam præfica, ad sapientiam digressus sum. Novi quendam qui de alio cum cæpit aliquid aut porro, in virtutis commendatione desinit. Et hoc multis hodie non parum placet. Videbam ergo, & quid*  
*Romæ*

*Romæ gerere  
 fra Gallia  
 & jam sua  
 bantur. ne  
 stabat, quin  
 currerem.  
 quod cum  
 rent, una n  
 gitur ad c  
 ope ac inge  
 cantico hu  
 Rogo, inq  
 mater, fr  
 laa quam  
 nobis mo  
 satis atq  
 ro, hom  
 nunc hie  
 deo. Illa*

Roma gereretur, & quid in hac nostra Gallia, quo & animus ferebat, & jam sua sponte oculi convertebantur: neque quicquam jam obstabat, quin & urbes integras percurrerem. Unum hoc mirabar, quod cum ceteræ se protinus offerrent, una nusquam compareret. Igitur ad comitem conversus, cujus ope ac ingenio utebar, & quæ suo cantico hucusque nos deduxerat, Rogo, inquam, o formosa, seu tu mater, sive soror, dici mavis, [ Illa quam cogito ] *την ἡμεῖς θεῖαν*, nobis monstra. Quod cum prompte satis atq; agilter fecisset, Ego vero, homines querebám, inquam, nunc hic præter rhedas nihil video. Illa leviter annutans, Omnia nunc

nunc



nunc domi, inquit, peregrina sunt. Atque ista nuper usitari cepta, paulo post ad muliones & opifices transibunt. Quorum princeps, domum, ac partam, adventantibus ostentat. Hoc initium est urbis, & non ultimum frugalitatis nostrae argumentum; clarus illustrisque sartor, qui privatos animos & opes antecedit, credo, ut in limine resartiat, si quid alibi peccatur. Prius enim horologia consistent, quam luxuries, in magna civitate; postquam in exemplum ivit, & ab emulatione robur sumpsit. Nam quis feminas agnoscat, inquam, quae fastidio simplicitatis nostrae, cultu se Hispano commendari volunt? Faxint dii, custodes libertatis,

tatis, ne infamia hæc gliscat, & post annos aliquot, exemplo vicinarum, pariant quos imitantur. Illa denuo, ut ante, quam suavissime subridens, ceteros ostendit, quos certamen ambitus teneret. Quorum nemo erat, qui nõ aliquid speraret, quod cum esset consecutus, tanquam vacuus aut egens, cælũ fatigaret; aliis molestus, sibi gravis. Neq; quisquam tã exacte prudens, aut subducta ratione ad vitam erat, qui nõ sepe suis artibus eluderetur: nisi quod, pecuniarum interventu, multis artificiũ periret, quibus frustra mentem aut solertiam opponas, multo autem minus probitatem. Interim cum quedam nondum satis apparerent (nihil enim

enim præter homines (videbam) ibi illa comes nostra, geminum specillum, teres atque oblongum, promit; ejus generis, quod nuper hic repertum, dissita ac remota, procul intuentibus offerre solet. Cujus usum dum addisco, ac subinde, ut mos est, oculis admoveo, video, inquam, quosdam quasi viros, quosdam quasi nobiles, nonnullos quasi divites, plures autem multo quasi amicos: quosdam vero quibus frons sic quasi in cornua desinere videtur, de quibus apud [ Vide apud Artemid. proverb. cornua facere, eodem sensu veteribus, quo nobis usurpatum.] somniorum interpretes legisse meminimus. Iste autem quænam sunt, mater, inquam, delicata ac venusta,

Hon  
 sta, qua  
 Quædam, in  
 quecum aul  
 ant, pectant  
 imense, p  
 quasi nuptia  
 que, cu  
 mutant. Ill  
 anto subse  
 ra nonnun  
 de latet, aut  
 ratores solen  
 tantandum  
 RE SIBI H  
 det. Ita, nisi t  
 tur, ventre  
 ratum est.  
 disciplinam  
 am hic ma

ste, quæ hic circumvolitant?  
 Quædam, inquit, quasi virgines:  
 quæ cum aulicis festiue ludunt, ri-  
 dent, nictant, pruriunt. Nono au-  
 tem mense, post peractas quasdam  
 quasi nuptias, unum deligunt ple-  
 runque, cui prolem quasi suam  
 mittant. Ille, quasi pater, (nam in  
 tanto subsefforum numero memo-  
 ria nonnunquam fallit) verecun-  
 de latet, aut, quod circumspecti Se-  
 natores solent, cum de capite pro-  
 nuntiandum est, NON LIQUE-  
 RE SIBI HACTENUS, respon-  
 det. Ita, nisi pater stolidus inveni-  
 tur, ventrem sequi cogitur quod  
 natum est. Et miramur, interire  
 disciplinam? Nuper autem quæ-  
 dam hic matrona, inquit, tertio

B

post

post mense quam in manum Viri  
 cōvenisset, mane summo, de tormi-  
 nibus nonnihil queri cœpit. Die eo-  
 dem autem, cum intenderetur do-  
 lor, medicus, Vir, nihil minus equi-  
 dem quam malus, sed, ut multi,  
 artis suæ tyro, & adhuc ab Aca-  
 demie incude recens, volvulum  
 in causâ esse dixit, quæ dexteritate  
 summa aliquot post horis obste-  
 trix evoluit: quæ cum sexum ex-  
 ploraret, patri similem pronuncia-  
 vit, neq; quisquam dubitavit, quin  
 hic verum diceret. Erat autem  
 quiddam quasi homo: animal vul-  
 gare in his locis, & plerumq; ingra-  
 tum; cum præsertim præter ex-  
 spectationem patris nascitur. Nihil  
 mirum, inquam ego. Sanctitatem  
 quip-

Ho  
 quippe nost  
 renarum e  
 ude, ut pu  
 lentiam,  
 tantisper n  
 lammeo si  
 u aut diss  
 atque hoc  
 victus si  
 peregrinos u  
 tot modis  
 nobis corrup  
 est quisqua  
 bus ostend  
 quoquo  
 dens, O D  
 tima,  
 Candida simpl  
 Tua fuit quon

quippe nostram infecisse mores ad-  
venarum creduntur: quam mer-  
cede, ut putamus. Ceterum, pru-  
dentiam, fatale bonum populi,  
tantisper nemo penetravit, donec  
flammeo simplicitatis, vires su-  
as aut dissimulavit aut intendit.  
Atque hoc munimento haectenus  
invictus stetit. Ac Diu, inquam,  
peregrinos illos male perdant, qui  
tot modis veterem simplicitatem  
nobis corrumpere. Quam, si po-  
test quisquam, vel depictam a-  
libi ostendat. Ac tum simul  
quoquo versum oculos inten-  
dens, O Divarum, inquam, ma-  
xima,

Candida simplicitas, cuius sub numine tellus  
Tua fuit quondam, primo concolor auro

B. 2 Unani-

Unanimis regnaret amor, probitasq; fidesq;  
 At fraudes aberant, aberat fraudisq; doliq;  
 Suspicio: quae sola suis non praestat alumnis  
 Securos animos, & apertum pectus, & ingens  
 Depositum, conscire nihil: quocumq; sub axe,  
 Diva, lates, quondam patria laus unica gentis,  
 Seu te luxuries, seu te furor acer habendi,  
 Seu mater falsi ambitio. sive omnia, vultus  
 Paulatim infecere tuos priscumq; nitorem;  
 Exere formosos, & nos, Dea, respice, vultus.

Et cum dicto, in vicinam arborem  
 permitto corpus; sine, ut cum vi-  
 debar quidem, nautico. Erat au-  
 tem abies proceras: qualis illa, quam  
 Homeri Somnus conscendisse di-  
 citur,

[quae tum in Ida Procerissima, per acriam  
 ad aethera usque pertingebat.]

ἢ πρὸς ἐν Ἰδῆ,

Μακροτάτη πεφυῖα, δι' αἰθέρος αἰθρῆς ἵκαεν.

Atque hic caedam protinus accen-  
 do, qua admota, denuo specillum,  
 sicut

sicut cœperam, in omnem partem  
 pariter cum oculis converto: ut,  
 vel per vestigia, latentem, si qua  
 fieri id queat, deprehendam. Mul-  
 tum igitur quæsitam, sub pileolo  
 cujusdam senis, fugitivam ac vi-  
 deri metuentem, clam invenio, cu-  
 jus uxor, ut marito seni parceret,  
 diurnis operis ministros ejus fatiga-  
 bat. Ille verò, nihil præter pudici-  
 tiam matronæ, & felicitatem su-  
 am, loquebatur, cumque scitus pu-  
 er natus esset, suum esse credidit, ac  
 liberaliter eduxit. Atque hæc in  
 terris quidem. Cætera in ipso Luna  
 orbe conspicabar. Cujus integram  
 capacitatem, itidem, ut terræ, ha-  
 bitari, veteres jam prodiderunt,  
 quos & ipsos, vel Lunares (ita e-



nim vocant) vel Lunaticos, fuisse reor. Umbilico fere in medio ad dextram, fons illustris erat, è quo cum Democritus bibisset, nunquam splenem continere potuit. Ac in hujus fundo, veritatem, credo, contineri voluit. Aqua ejus, qualibet crystallo quolibet argento purior, è sublimi monte devoluta, singulari ingenio, primum contemplanti, mundos prope innumeros, suspensa ex adverso atque opposita, ut nubes quas videmus, maximo fulgore reddit. Ac tum intellexi, sobrium fuisse quidem, sed in Luna dormivisse, Epicurum, cum non unum esse scriberet, sed plures. Tincto ea aut imbuto leviter, quemadmodum

rulum lu  
 ens, cujus  
 cimen jar  
 quiquid ara  
 contubique  
 tuentibus re  
 ritas sing  
 tu, sed & i  
 Totam au  
 tur, sed t  
 tuebat ter  
 planitie, a  
 Antipodas  
 tabam, qu  
 mus somn  
 regaret,  
 que marn  
 batur, ad  
 dabam a

modum lustrati solent, mons vicinus, cujus, inter dormiendum, culmen jam conscenderamus, quicquid arant, navigant, aedificant ubique homines, bona fide inventibus representabat. Ut non vitas singulorum modo & exitus, sed & ipsos, accurate exhiberet. Totam autem, non ut nunc videtur, sed sub una caeli facie, constituabat terram, ut in una pariter planitie, Antæcos, Pericæcos, & Antipodas, viderem. Neq̄ dubitabam, quin eodem modo Firmianus somniasset, cum Antipodas negaret, cujus nomen margini, quæ marmoris terfissimo includebatur, adnotatum legebatur. Videbam autem, omnibus in terris

pervulgatum esse mori. Ceterum,  
 defunctis, etiam qui nonaginta  
 excessissent annos, terræ aliquan-  
 tulum aspergi, mox oblivione pla-  
 cida transmitti, qui præsertim hæ-  
 rediolo iuvissent successorem, ni-  
 si quod lacrymule ubique, moris &  
 exempli causa, fundebantur, quæ  
 non raro ante exequiarum Pom-  
 pam, cum jam maximus earum  
 esset usus, plane exaruisse vide-  
 bantur. Videbam quoque, non eo-  
 dem omnes animo subire mortem.  
 Sæpe autem, qui perpetuo victu-  
 ri sibi videbantur, atque immensa  
 paulo ante agitassent, à febricula  
 inepta, aut angina, aut dolore la-  
 teris, extingui. Idque serio ac semel  
 fieri: sine ulla revertendi spe aut  
 animo.

He  
 animo. Et  
 im, quicu  
 semper posse  
 quam alien  
 prius quam  
 tissent, ac  
 bant. Qu  
 creditorum  
 tempus al  
 Ea lege, t  
 redirent.  
 nos nunc  
 singulos du  
 lento testa  
 fertur.  
 fraudi dic  
 ximum a  
 ris posside  
 tam, tang

animo. Et avaros aliquot vide-  
bam, qui cum sua tanquam aliena  
semper possedissent, rursus ea tan-  
quam aliena, facta atque reecta,  
prius quam de usu unquam cogi-  
tassent, ad heredem transmitten-  
bant. Quidam erant, qui, injussu  
creditorum, non è vita, sed, ad  
tempus aliquod, è foro excedebant.  
Ea lege, ut opulentiores paulo post  
redirent. Atque hic quæstus apud  
nos nunc est uberrimus. Horum  
singulos dum lustro, quidam lucu-  
lento testamento, nullis opibus, ef-  
fertur. Quæ res plurimis fuisse  
fraudi dicebatur. Nam cum ma-  
ximum es alienum omnibus igna-  
ris possideret, magnam ejus par-  
tem, tanquam suam, intuentium

B s oculis

oculis objecerat, ut ingentem spem,  
 quicumque successurum se puta-  
 ret, animo conciperet. Erant  
 autem nummi omnes, certi pon-  
 deris atque aestimationis nota: mo-  
 netae autem exquisitae ac rare,  
 quales asservari solent. Quo ef-  
 fecerat, ut quisque proximum se  
 ferret: quisque, arte & ingenio,  
 pompam funeris ornaret: multi  
 concurrerent: campanae quoque  
 quanquam nullo admodum co-  
 gnationis gradu essent, luctum  
 suum testarentur: insignia deni-  
 que ambitu plerisque usitato, Divi  
 Manibus & majorum virtuti su-  
 spenderentur. Genus enim nunc,  
 ut plurimum, & honos, patrimo-  
 nio aequantur. Ipse vero, juri pro-  
 be in-

be intelligens, usu longo atque ex-  
 perientia didicerat, post injectam  
 glebam, neminem in foro conve-  
 niri. Unum quippe est tribunal  
 Rhadamanti, in quo hæc negocia  
 aguntur. Quod & longe hinc ab-  
 est, & non sine vitæ detrimento  
 aditur. Porro, certum quoddam  
 apud nos jus obtinet, antiquum  
 quidem satis, sed hæredibus ini-  
 quum, ut in bonis quisque illud  
 tantum habeat quod nemini de-  
 betur. Si autem nihil superest  
 post obitum, ut hæredes excidant  
 cum creditoribus, juris apud nos  
 indubitati est. Juris autem certi  
 est & illud, ut, si nihil superest post  
 creditores, fletus ad heredem re-  
 deat ex asse, quod tum evenif-

B 6

sepu-

seputabatur. Lugebant ergo multi: sed ex animo tum primum, cum se excidisse certo jam cognoscerent. Defunctus vero ita vixerat, ut ad solidam felicitatem, præter unam probitatem nihil defuisse viderunt. Uxorem quippe nunquam duxerat: pares amicitia complexus erat in exercito ambitione loco, procul ea egerat: fines litium & ambientium calamitates, inter epulas accipiebat: diem inter somnum & sodalium congressus, æque lance dirimebat. Raro admodum jejuno prandium apponebatur: quod in cœnam saluantes & fritillus extrahebant. Agros vero suos, ac præcipue quos alius transcripserat, haud raro comen-

II  
mendabatur  
suis, & a  
præfatus.  
raptelas,  
gravitate  
res animi  
ditorum  
quoque præ  
indigna  
nomina  
ferri poss  
teri nobis  
tum, pa  
fastidire  
admodum  
fidei vi  
est, si qu  
pu, quos  
in ea vi

mendabat; multa ante de colonis  
suis, & agricolarum negligentia,  
præfatus. Mores sui seculi & cor-  
ruptelas, neque frustra, neque sine  
gravitate vultus, accusabat, que  
res animos & spem addebat cre-  
ditorum populo. Apud institores  
quoque principis invidiæ, callida cum  
indignatione, nec sine imminutione  
nominis, meminerat: cuius mores  
ferri posse amplius negabat, ve-  
teri nobilitatis more, quibus usita-  
tum, pares aut superiores tantum  
fastidire. De religione quanquam  
admodum securus, tamen plenus  
fidei vivebat. Quod facillimum  
est, si quis supra creditores suos sa-  
pit, quos & plurimos habebat, &  
in ea urbe, que de omnium fa-



tuitate fert sententiam. Ipse enim  
 Verò, credulitatem suam Zeno-  
 doro cuidam Placentino, ex Eristi-  
 corum genere, addixisse ferebatur,  
 qui cum nullis literis instructus,  
 minus tamen imperitus quam am-  
 bitiosus esset, somniavit se Home-  
 ri Aretalogum ad Belgas transtu-  
 lisse, paulo autem post, Theolo-  
 gum se & Politicorum primum es-  
 se. Qua fiducia, in summos avi-  
 viros cornua obvertit. Quid vis  
 autem vulgus illi credit, & cum  
 vulgo, qui autoritatem suam no-  
 vitati aut malevolentie libenter  
 commodant. Nam & blanda cui-  
 vis homini ac popularis est religio  
 quam sapit, & suorum mores  
 meditare tenuit; quibus libertatis  
 condi-

H  
 undimen  
 pauci pos  
 is quoque  
 quam sci  
 se optimu  
 gunt quo  
 omnia e  
 que non  
 qua la  
 quicquid  
 contenti  
 audere.  
 rique ad  
 arbitran  
 re, clam  
 Acheron  
 mellexi  
 habuisse  
 travit,

condimentum apponit, quod non pauci postea sunt imitati. Virtutis quoque nomen sepius ostendit quam scientiæ, quod aucupium esse optimum, vafri melius intelligunt quam eruditi. Ac nunc illis omnia est Zenodorus. Nam plerique non expectant dum intelligant quæ laudant, neque Zenodorus quicquam legerat cum ea scriberet: contentus omnia damnare atque audere. Quod compendium plerique ad scientiæ existimationem arbitrantur. Eo usus præceptore, clam elapsus, sicut vixerat, ad Acherontem venit: ac tum demum intellexit, quam in terris matrem habuisset. A Plutone ergo impetravit, ut nobilitatem suam, pro hono-

honore funeris & luctu, quando nihil aliud relictum esset, proximi heredes inter se dividerent: si quid superesset, summae debiti expunctum iri. Nunc ad Lunam redeo, quam supra, ut & alias, descripsimus. Orbem ejus multis habitari oppidis, jam dictum. Unam Alphobi nunc tenent: culta gens imprimis ac vetusta. Eam paucos ante annos frustra hostium exercitus tentasse dicebatur. Ceterum, in victa, & ulterius quam dici potest libertatis suae tenax, jugum animis excusserat. Nos obsessam vidimus, cum hostem non haberet, nisi quem infelix timor & suspectae vires mutuae fecissent. Causam belli eam civis afferebant. In urbe quasi

quasi media, ingens labyrinthus erat, in quem personati duo, à choragis missi, ut agnosci publice non possent, aliquot e plebe induxerant, gnari populares animos, bellorum tædio solutos, cuilibet mutationi pronos fore. Illi, primo quæstiunculis, immemores quo loci essent & ad portas excubare hostem, aliquantum velitari, mox, cum ingredi non possent, nec evadere ulla arte

Parietibus textum cœcis iter, à suspitione ad discordiam, à discordia ad manus, exin ad civile bellum delabi, cui fâces plurimi subdebant; pauci, qui futura providebant, aliquid de [ præteritorum oblivione. ] à p[re]s[en]tia ante motus animorum

*morum suggererant. Qui nequicquam apud alios aut secum cantillabant,*

Pax humanae maxima vitae  
 Spes, Pax, trepidis anchora rebus;  
 Quo Diva moves, miserosque fugis,  
 Postquam possitis horrere nihil  
 Tot jam messes totidemque hyemes  
 Ceepimus armis, & securos ducere fo-  
 seu Danubium, sive Hesperios. (mno?)  
 Tanainque petis, sive exustum,  
 Solibus Indum, seu suppositas  
 Alio mundi cardine terras,  
 Quæ, dea, quænam tanta, atronitos  
 In sua vecors viscera cives  
 Vertit Erinny's? Non hoc pietas  
 Cœlumque jubet: non Relligio,  
 Prognata polo: non ipse DEUS.  
 Maxima cujus latuit semper  
 Pars in terris, maxima posthac  
 Usque latebit: pars magna oculos  
 Provocat ultro, risidesque animos  
 Splendore suo ferit assidue.  
 Canit ipsa suum tota artificem.  
 Natura parens,

Nec

Nec certa deest prodita binis  
 Lex in tabulis, ne testantis  
 Firmata Dei morte voluntas:  
 Quam mens humilis, non alta, capit.  
 Quid solliciti quaerimus ultra?  
 At nos roseam Phoebe fugimus  
 Cernere lucem:  
 Ipsumque manu tangere Phoebe  
 Frustra miseri nitimur orbem.  
 Hinc immanes ducimus iras:  
 Hinc sollicitus vanusque furor:  
 Hinc discordes in seava ruunt,  
 Praesens cives, fratrem hinc frater,  
 Natosque pater, socerum moestae  
 Es gere nurus, fugitque suum  
 Nata parentem,  
 Hinc gens pelago, gens jam toties  
 Invisita solo, perit infelix,  
 Dextraque suum praevenerit hostem.

*Qui a seculo pridem surdo fabu-  
 lam narrare videbantur; utris-  
 que pariter invisi. Ac cum Mar-  
 tem intra oppidum admiserant: idque  
 sua sponte, nemine cogente. Mi-  
 les*

les quippe, rerum omnium egenus, quis & unde incertum, summa vi conscribatur, et salus civium & vita, ne quid detrimenti caperet, committebatur. In honestissimam matronam, ejus civitatis curiam, servabant, cujus tum amore utrinque multi deperiebant. Neque id mirum nobis videbatur, sed amicos ante homines ac graves, tanquam gallinaceos, committi, interim ignotis dominam cum tanta dote credi. Si qui autem unum pedem extra civitatem nati essent, peregrinos dici. Quasi non ubique homines nascantur, sicut fungi. Inter quos & me haberi à quibusdam equidem non ignorabam, cui, extra unam selem, nemo in hac civitate

H  
 iste natu  
 para sang  
 m delicia  
 quidem a  
 cio sum. I  
 impense  
 omnibus  
 annos a  
 mo jam  
 à nobis  
 primo,  
 anno, nat  
 quidem a  
 quiamat  
 Cing  
 Sub eode  
 & Alex  
 Vel, ut m

tate natus esset, quam immensis  
 parasangis anteibat psittacus, quē  
 in deliciis habebam; peregrinum  
 quidem animal, sed elegans ac spe-  
 ciosum. Nam cercopithecus, quem  
 impense itidem dilexeram, equam  
 omnibus mortalitatis legem ante  
 annos aliquot explerat. Et hoc ne-  
 mo jam ignorat, postquam illi rite  
 a nobis parentatum. Ego autem,  
 primo, nisi fallit ratio, etatis mea  
 anno, natus sum. Atque in spaciōsa  
 quidem domo, quam, ut Varro lo-  
 qui amat,

Quinque altisonæ  
 Cingunt zonæ.

Sub eodem cælo, quod Diogenem  
 & Alexandrum olim involvebat.  
 Vel, ut more vulgi agam, in latissi-  
 ma Bel-



ma Belgarum urbe, in qua maximus Belgarum princeps nasci o-  
 lum voluit, cui peregrinitatis li-  
 tem nemo, ne hic quidam, movit.  
 Tertio huc sum advectus, ubi &  
 amicos reperi complures, & in-  
 signi comitate obstrictus hæsi: et-  
 iam affinitate urbi florentissima  
 innexus. Uno de vicesimo eta-  
 tis, more ævi usitato, chartas va-  
 cuas conscribillare cæpi, & in vul-  
 gus ea dare quæ excogitassetem.  
 Quo successu, norunt multi. Syco-  
 phantas enim hic non tango, qui  
 cum cano capite, in vagitus no-  
 stros & infantia crepundia, stri-  
 bliginem ac virus suum, ultro ef-  
 fuderunt. Illud addam, ita, quod  
 rarissimum est hac etate. Mu-  
 sas.

sas habuisse, ut nec unquam pre-  
 cio prostant, neque os cuiquam  
 aut existimationem lederent. De-  
 nique, quod unum jam deesse amici  
 querebantur, cives in hac urbe fa-  
 bricare cæpi. Sic [Larissarū procreator  
 h. e. civ. ū Vide. Arist. Polit. 3.] *δαερος ομοιός*,  
 inquilinus ille, factus sum. In ea-  
 dem Luna regione, literati quidam  
 ambulabant: viri sine noxa equi-  
 dem ac dolo, nisi quod nonnullos  
 malum insanabile suspicio affla-  
 rat, aut in fensi sibi mutuo, susur-  
 ris aut libellis, famam aliorum pro-  
 scindebant, & ab iis itidem proscin-  
 debantur, donec inter se collisi, si-  
 bi animi dolorem, aliis ludibrium  
 pararent. Neque intelligebant,  
 disciplinas suas, quæ contemptu  
 tanto

tanto & invidia premuntur, ea ratione penitus vilescere, & traduci in vulgus. Quidam domi desiderabant, & conspectum generis humani fugitabant.

[Fugacibus cervis similes.]

Φυλακινῆς ἐλάφοισιν εἰσῆπες.

tute tantum sub Uepreculis nitedula. Solem enim & humanos oculos non ferunt. Bellerophontis arbitrator vos morbum novisse. Is nunc popularis factus est. Hominis occursum metuit, ut quisque sapientiam à limine aspexit. Hæc dum satis curiose intuemur, ecce tibi rumor subito adfertur, omnibus qui laude literarum in hac Lunæ parte se censerì vellent, publice indici, ut in armis ante occasum solem

lem essent. Atque ut somnus rerum  
omnium, non mirus modo sed &  
subitus est arfex; jam instructum  
ibat agmen. Ibant viri, literis &  
eruditione graves, omnes, si quid  
evenisset, probe ad cursum adorna-  
ti: nisi quod quibusdam stylus &  
libelli, quos gestabant sub axillis,  
oneri futura putabantur, & in pri-  
mis gladii protenti, quibus liberta-  
tis ergo se accinxerant. Me, qui fu-  
giendo nemini equalium fuissem  
concessurus si ad manum res ve-  
nisset, equus bicolor portabat: ut sa-  
luti meae alienis pedibus consultum  
irem. Insigni quippe clavo pedem  
alterum trahebam, quem secando  
sepe, frustra chirurgorum manus  
fatigaram. Caterum, cum nihil

C

prater

prater hostem nobis jam decesser  
 (quippe acies ex arte jam descripta  
 erat: equi enim sigillatim, asini  
 turmatim incedebant) ecce tibi  
 literatus quidam tympanum im-  
 pellere, alius inflare tubam, ut  
 exasperatos per se animos, consue-  
 to Martis cantico ad arma magis  
 inflammaret. Interim, qui pri-  
 mi semper ordine incesserant, ve-  
 recunde excusari postulabant se  
 in acie. Nam neque unquam  
 studiosos se fuisse eorum,  
 quæ ab hoste gererentur, cū  
 presertim animi accrescunt,  
 & frequenter audivisse, ne-  
 minem in bello bis mori.  
 Neq; quicquā verius Achil-  
 lem Homericum dixisse.  
 Sed

Sed & meminisse, magnum  
 est: vitium ineptam curio-  
 sitatem, quæ, ni fallor, πλυ-  
 πουργμοζύνη dicitur. Enimvero jã  
 murmur increbescere ingens atque  
 inconditum, jam deposcere non-  
 nulli hostem, neque moram ferre.  
 Sed tum demum omnes mecum so-  
 mniare intellexi. Nemo enim eras  
 qui nos oppugnaret.

Toto passim ludit in orbe  
 Devius error. Nec tude tantum,  
 Ventoque magis & sollicitate  
 Fluctibus undæ mobile vulgus  
 Aura demens fertur inani:  
 Fallunt etiam suprema fidem,  
 Non excludunt Morpheæ totum,  
 Est enim nullum falsis unquam  
 P. h. ure modum Phantase rebus,  
 Aurea puræ tela diei.  
 Nec cum tenebris nox sola tua est.  
 Credite, se nper somnia versat  
 Genus humanum: seu spes animum,

Seu timor ingens, seu versat amor  
 Nec nisi mortis, falsi species  
 Quas vita parit, finiet hora.

Igitur, dum isto modo in calamitate temporis elapsi adhuc haereo, adesse quidam nunciatur, qui de rebus maximis referre ad Lunam vellet. Quem dum aliquandiu cupide manemus; intrat ecce tandem juvenis formosus cum prolixo sirmate. Inter admirationem & stuporem, ex astantibus intelligo, Cometam esse, qui hoc anno visus, oculos multorum in se & ingenium converterat. Ibi ego, qui ex Stoicorum mente, animas intelligentes dici intellexeram, Dii te ament, inquam, Domine, & unde? & quo tandem? Et quid Anaxagoras nunc agit, qui jam pridem caelum

caelum uniuersum, è lapidibus, uos  
autem, è concursu planetarũ, uo-  
luit constare? Et satisne salva  
nunc ubique omnia? Totus enim  
orbis menses aliquot defixus in te  
stetit, cum nec novum sit quod a-  
gis, & in terra multi, sicut tu nunc,  
caudam trahant. Porro, quis illo-  
rum proxime ad te accedat, dictu  
est difficile. Nam & omnes, qui  
labore magno parant opes quas cu-  
stodiant, & qui minus sapiunt quã  
pueri cum amant, & qui alienum  
limen dignitatis alicujus causa ad-  
volvuntur, aut inepte orbos spe hæ-  
reditatis colunt, idem agunt. Quod  
si unus tantum apud nos avarus,  
aut suspiciosus, aut subseffor alieni  
thori, qui se domi expedire potest,



aut amator demens, anno deci-  
 mo conspiceretur, omnes eo, tan-  
 quam ad spectaculum, concurre-  
 rent. Nunc satietas erroris & de-  
 mentiae, absurditatem pariter &  
 admirationem tollit. Atqui, ne-  
 que eos qui [Cometae species.] Po-  
 gonie in vestro genere dicun-  
 tur, homines desiderant; neque  
 quos [Cometae species.] Σιφιας vos  
 vocatis, qui se prima quaque oc-  
 casione, adversus hostem, quem  
 ignorant saepe, gladio accingunt.  
 Nam [Cometae species.] Ceratias  
 quod attinent, omitte, queso te,  
 delicias, & cave tam ignarus sis  
 nostrarum rerum, qui in speculis  
 totius orbis constitisti, ut non plu-  
 res inveniri putes hic quam sin-  
 gulos.

gulos. Quod, ni fallor, apud vos  
solenne est. Ne hoc firmit nostræ  
femine, Diiboni, quarum comi-  
tate factum est jam pridem, ne Ge-  
nucius sit fabula.

Ille nihil, nec me quærentē vana moratur.  
Sed ad alia digressus, Quanti tri-  
ticum nunc, inquit, venit in Ba-  
tavia? Quanti autem vinum hor-  
num? Et an satis pisculentum a-  
pud vos est mare? Postremo, quot  
hic annus chartas inclementer per-  
didit? quibus nemo apud vos  
nunc parcat. Nam de Anaxagora  
quod moves, inquit, ut præfisci-  
ni hoc dicam, virum optimum  
fuisse noris. Et hunc tractum vi-  
des, vastum atq; immensum, qui  
à sacro offe nostro, usque ad cau-

de centrum, multis millibus ex-  
 currit. Is, ut sapere aliquando di-  
 scas, septem civitatibus incolitur.  
 Quorum primam Cyrenaici, alte-  
 ram Eliaci, tertiã Megarici, quar-  
 tam Cynici, quintam Eretrici, sex-  
 tam Dialectici, postremam verò  
 quidam Stoicorum nunc tenent.  
 Omnes equidẽ planeta meri, pau-  
 cis admodum exceptis. Omnes e-  
 nim veritatem querunt, quæ oc-  
 cursum singulorum metuit ac fu-  
 git. Creditores ejus esse dicas. Epi-  
 ctetus enim, vir sanctissimus, cum  
 paucis ejus ordinis, seorsim agit.  
 Plato autem nunc Ideam duxit,  
 & in civitate sua vivit. Ubi  
 Commune quidvis; liberi, conjunx, bona.  
 Stagirita autem vester, ad pomæ-  
 ria

ria scholarum annos centum relegatus est. quia in caelesti providentia non parum caecutisse dicitur. Interim motorem suum quarit, & de anima nonnihil in consilium abire dicitur. Bonus autem Clazomemus (jam de Anaxagora me loqui vides) sine manibus, pedibus, ac brachiis, in [Partium similitudinē, ex qua omnia esse facta, Anaxagoras denotat] ὁμοιωπέδων conversus est. Festivissimi autē (talis enim voluit videri) anima Democriti, inter atomos in sole volat. ubi muscas & cātharidas sectatur, aut ciconias prætereuntibus, à tergo, cum cachinno, publice appingit. Nam collega ejus Epicurus, homo semiliteratus, & qui anime felicitatem summa oris parte

C s      desti-

definiuit, turdos & ficedulas in quarta intermundiorum regione torret. Ubi, magnus imperator, haustu lactis gallinacei, advenientes excipit. Urbes singulas illustre quoddam ambit sidus. tempore autem certo, omnes pariter conveniunt, plane ut Amphitryones ad Pylas. quæ res efficit, ut nihil præter eam partem homines mirentur. Et hoc idem Anaxagoras volebat; cum cometam, [conventum astrorū] συνέδον ἀστέρων, esse dixit. Cynicis ad austrum imperat Diogenes: in cæteros imperium Menippus tenet. Vulgus, ac promiscui è plebe, palam, itidem ut olim, sædum dictu, Veneri indulgent, palam, alvum ponunt, quæ

cum

cum decidunt in terram, morio-  
nes apud vos nascuntur: copreas  
antiqui vocant. Quos hoc anno ca-  
ve. Omnes enim scriptitare solent,  
nisi quod mendacius non delectan-  
tur Canes, & hos genius igno-  
rat. Nam Eristicos commemora-  
re, quid hic attinet? quos nunc  
omnes in Bataviam migrasse sci-  
to. Ubi syllogismos texunt; non  
Electras quidem, Crocodilos, aut  
antiquos illos Involutos (quan-  
quam equidem hos quoque) sed  
malleolos & faces meras. Quic-  
quid superest, vinosi quidam co-  
lunt, qui cū ea lege bibant, ut, quod  
ebriosis evenire solet, siti enecen-  
tur, lacus sepe totos tota flumi-  
na exhauriunt: quæ siphonibus

ad se adducunt. Hinc immensa  
 illæ siccitates terræ: hinc, quod ve-  
 teres sitire nos dixerunt, & in Au-  
 strum libentissime converti, quan-  
 quam hoc, ut nosti, Aristoteles non  
 probet. Neque multo post, adducta  
 aliquantum fronte, ut majora jam  
 dicturus videretur, iterum ad me  
 cōversus, Hoc eodem, inquit, anno,  
 omnes furiosi apud vos insanient.  
 Inter quos, facillime eos esse primos  
 fero, qui de Deo tantum disputare  
 solent: proximos ab illis, qui regno-  
 rum ortus ac interitus, pendere à  
 nobis arbitrantur. Paulo post roga-  
 tus, quali forma mūdus esset (quos-  
 dā enim circularē voluisse) quos-  
 dam verò conī, quosdam ovi, quos-  
 dā deniq; & hos plures, fundæ simi-  
 lem

lem fecisse, Si de mundo, inquit, queris, totus uniformis est. Nam si, inquit, A ibi ponas, ubi Sol exoritur, B autem qua demergitur, rursus C qua decurrit, D postremo ex aduerso hujus; facile per te videbis, sicut A ad B, ita se habere C ad D, atque eodem modo A ad D, C ad B, itidemque A ad C, B ad D: neque quicquam interesse, quin ubique inuenias,

Stultos, avaros, sycophantas, prodigos:

Et hos quidem, optimis permistos. Ne quis nobis Sycophanta hic argutias exhibeat. Interrogatus, Qua quis ratione subito ditesceret, si non sit solvendo, inquit. Quid hac tempestate esset difficilimum, Satyram non scribere, inquit. Quid stultissi-



mum, Provocare eos qui hoc pos-  
 sunt. Quare scycophantas meos ac-  
 curate vindicarem, Risu & vir-  
 tute, atque utrumque potes, inquit.  
 Quid vilissimum hac tempestate  
 haberetur, Cassa. nuces & philo-  
 sophi praestantes, neutri enim re-  
 bus ullis admoventur. Qui mi-  
 serrimi. Omnes boni, extra sce-  
 nam quippe propriam versantur,  
 ideoque soli nec assumunt, inquit,  
 larvam, nec quae sunt à larvatis,  
 penetrant. Cur potentiores cate-  
 ris Hispani essent, Quia bellum  
 cum avaris saepenumero gesserunt,  
 inquit. Qui cavendi maxime.  
 Lugduni equidem sartores & eo-  
 rum, inquit, filios cavete. hic jam  
 bis turbarunt. Et hunc, inquit,  
 vides?

vides?  
 quam, a  
 am exere  
 Lucensi,  
 mes suit  
 stentat &  
 do induc  
 maris, d  
 salit. tripu  
 scruta  
 & nonn  
 simia, p  
 exhibet,  
 Quae cal  
 se. Pye  
 cave tan  
 culo perl  
 xii valla  
 cessum q

*Vides? Video adolescentem, inquam, arrogantem, qui sartoriam exercet. Hic è panno veterè Lucensi, novos, inquit, nunc centones sūt, quos, ut suos, callide ostentat & popello novitatis avido inducit. Ille, rerum omnium ignarus, dum*

*Salit, tripudiat, pedibus impellit solum, scruta vilia Sarmoticolucensia, & nonnunquam podicem, ut anus simia, prudentioribus, cum risu, exhibet, quasi hoc latere possit. Quæ calamitatis nostræ causa esset. Pyxidem hanc, inquit, habe cave tamen referes aut curiosoculo perlustres. Ita ille cum amplexu vale nobis dixit. Interim secessum quendam hinc ad levam*  
*video:*

video: cuius, in pariete aduerso,  
rimam tenuissimam observo. Et  
aures ut admoveam persuadet il-  
la, quam tenere artes haud inno-  
xias initio didiceram. Ita enim sci-  
ri posse, quid in toto orbe æmuli aut  
male feriat de me judicarent. Igitur  
initio, clamores dissonos ac mixtos,  
mox, iudicia ac voces singulorum  
propius intelligo. Inter eos alii, pru-  
riginem scribendi ac lubricinam da-  
mnare: plures, qui cur toto hoc tri-  
ennio ignavia litassem, calide, ut  
videbatur, satagebant. Quidam  
omnia, quidam nihil admodum  
tribuere. Alii unctiore stipendiolo,  
nonnulli, ne hoc ipso quidem dignum  
arbitrati, quales olim magnus Sca-  
liger expertus est: ne in nobis id mi-  
retur

retur quisquam. Quidam, latitare, neque, ut olim, conspici, in aula, ac ne ab amicis quidem. Alii, haud satis commode, in hac temporum acerbitate, ad partes à proceribus vocatum, & dolere se, & factum nolle. Erant, qui extinctum pridem inter se aut apud alios differerent. Quod non magis persuadebant equidem quam cetera. Nondum enim expirasse me aut publice elatum memineram: quæ non sine multis testibus geruntur, nec consultū videbatur, ut inultus temere coloniam mutarem. Una erat fœmina, vicina nostra, quæ fuisse olim sedulum ac strenuum, ajebat. Ex quo autem dare uxori operam cœpisssem, nugas agere, nec  
satis

*Satis intelligere, QUID VESPER  
SERUS VEHAT. Sibi quo-  
que domi ejus generis maritum  
esse, qui nunc, ubi secum esset, satis  
sciret,*

*Adprime in vita esse utile, ut ne quid nimis.  
Quidam objectabat, quod ad li-  
teras eruditorum, his induciis non-  
nunquam respondiissem, quos in-  
vidiose, pontificios, indigitabat.  
Flandros enim designabat & Bra-  
bandos, apud quos latebat. Quod  
cum non negarem, rem men-  
dacio firmabat. Et immani qui-  
dem. Alius diversi instituti,  
quod amores adolescens edidissim,  
cum nec senes plurimos, nec pie-  
tatis suae praesules fecisse idem i-  
gnoraret. Audiebam & ineptum  
quen-*

quendam ac fastidiosum, ex eorum genere quos semper sui poenitet. qui presentibus, dum vivunt, parum equi, totam, quanta est, aetatem, ambitu transmittunt, cuius cum ad finem pervenere, nondum vita causas inter somnum & inertem luxum didicerunt. Is mirari se aiebat, quod erectus animo & acer (ita enim loquebatur) adolescens, spes & vota Academicarum septis inclusissem, nec de magnis aliquando cogitarem. Erat & qui emulatione & livore miser ureretur, quod ubiq; leginostra intelligeret, neque quenquam esse qui fatuitates seculi aut emulorum, leniore animo transmitteret. Utriq; quanquam vehementer

hementer properarem, medicinam  
in pariete reliqui. Alteri, ut singu-  
lis diebus, cepe oculos inungeret, quo  
uberrime ploraret. Nam, ut amor  
Heliconis ait,

Expletur lachrymis egeriturq; dolor.

Illi, ut post usitatam in stupore pri-  
scis medicis purgationē, & ellebori  
in primis usum, dies tres philosopho  
sedaret; multa auditurū, quæ jam  
ignoraret. Et præsertim, contem-  
plationis finem esse Veritatem, non  
ambitionem, cujus instrumentum  
esse mentem, partem hominis præ-  
cipuam, ut Plato quidam, Aristo-  
nis filius, existimaret. Eam autem,  
plurimos in vola pedis, quosdam in  
palato gestitare: qui lurcando quã-  
diu viverent aut prehensando, ni-  
hil a-

hil agerent quod homine sit di-  
 gnum. Summum enim bonum, li-  
 cet alii in purpura, alii in sago qua-  
 rant, alii in foco; minus aberrare,  
 qui petendum crederent ab animo.  
 Inter eos autem, eruditos esse, qui  
 quiete ejus caperentur, & hunc ex-  
 colendum suscepissent. Erant duo  
 qui in Gallia errarent, & quacun-  
 que occasione aliquid in nobis sugil-  
 larent; eruditis omnibus inuisi.  
 Quos cum infra iram meam sem-  
 per judicassem, cur non, inquam,  
 quia bella nunc occasio est, o nostra,  
 Madaurense pharmacum ex-  
 promis, ut in simiam, hunc quidem,  
 illum autem alterum longurionem  
 in Cumanum asinum convertas?  
 Illa, Deos omnes inferos Deasque  
 deje-



dejerare cœpit, nunquam hæc-  
 nus auditum, bis in idem animal  
 transire quenquam. Nec aut è  
 reliquis Necandri, aut Nasones  
 id probari posse. Et legisti, in-  
 quit, HECUBA IN CANEM,  
 numquid, SUS IN SUEM?  
 Ne honoritamen nostro & existi-  
 mationi nihil daret, subito edi-  
 ctum per prætorem, in hæc verba,  
 publice pronunciarî, ac mox ad co-  
 lumnas Herculis affigi iussit: Bo-  
 num Factū esse, ne quis sci-  
 ens falleret nec falleretur, o-  
 mnium nugarū me oblitū,  
 rotos dies Menippæas me-  
 ditari: neq; quicquā præter  
 argumētum jam deesse. ca-  
 veret sibi quisq; provocare  
 inno-

innocentium ac sponte sua ne-  
minē læsurum, sicut ad hanc  
diem sponte neminem læsif-  
sem, si quis secus faxit, ab hac  
tēpestate ad omnes posteros  
deinceps foedum intestabi-  
lemq; fore. nā libellos quot-  
quot in rempublicā, in prin-  
cipem, in proceres, in omnes  
bonos, ab obscuris ac famo-  
sis summa intēperie vulgan-  
tur, publicæ auctoritati & in-  
famie scriptorum melius re-  
linqui. pulchrū vero arbitra-  
riiis me conjungi, quibus o-  
lim publice conjunctus esse,  
cum præsertim, nisi salvis iis  
stare patria haud posset, inte-  
rim salutem certo iis esse ira-  
tam,

tam, qui cicadam ala concitarent, & cum nondum tubæ cecinissent, ad futurum prælium arietē emitterent. porro, cum ex iis quidam esset, à quo clanculum Silenus essem nuncupatus, quem factiarum & recondite scientiæ parētem tota credidisset antiquitas, & quo nomine magistrum suū omnis sapientiæ consultum merito donasset Alcibiades, nihil præter asinū restare, sine quo ne pedem quidē DEUS hic movisset. Visum igitur, ut ejus scripti autor, qui ad tempus non Ægyptiorum quidem, quod jumentum hujus proprium pu-

um putatur, sed Sarmatica gestasset sacra, asinum indueret, ac Sileno huic protinus subiret. Morte autem obita, ex veritate legis Samiæ ac instituto, annos centum & viginti, cum in terris nasceretur, de asino in asinum transfiret. *Vix hæc illa, cum ad pedes astitisse a seklum video, quæ, de somni prolixitate, tanquam de itinere, aliquantulum defatigatus, lepide conscendo. Ita eques magnus, & qui Roseio jam bene vellem, in vectore meo spatia duodecim conficio, quem haud multo post, ferocem, & seditionis adhuc memorem, quod rarum in hoc animali, iterum dimitto. Sic ad domi-*

D

nam

nam revertor, quæ, sermone comiti  
adventantem & complexu huma-  
nissimo excepit: Cui, post susurros  
totidem, Homericum nepenthes  
addidit. Quod cum ex præscripto  
ejus protinus hausissem, omni vel  
dolore immunis vel offensione, mi-  
ra voluptate animum perfundi  
protinus adverteo.

Usq; adeo tristes discedunt pectoris æstus,  
Et dolor ex oculis: animoq; exacta voluptas  
Nascitur. ut, cū mane novo, post tristia noctis  
Somnia, lux oritur, totisque excedit imago  
Sensibus, & festa circumstant gaudia lucis,  
Et comitū chorea, ludiq; & plausus, & omnis  
Latitæ facies, hoc magni nata Tonantis,  
Donū olim, Polidamna, tuū, quæ gurgite Nilus  
Fœcundò rapitur, septemq; excurrit in ora,  
Accepit, si vera fides: hoc pocula furtim  
Imbuit, & blandi latices infecit Jacchi.  
Ne qui inter dulces epulas & dona Lyæi  
Erraret, partemq; dolor sibi posceret ullim.  
Protinus absentis, postq; altora lustra vagenti,  
Pecto-

Pectore deposuit, totumq; excussit Ulysses  
 Natus, & attonita concepit gaudia mente.  
 Senferunt socii hustrata gaudia mentis.  
 Ac, velut aethereo delapsa è limine Divum;  
 Astuit, atq; animos spes læta implevit orantes,  
 Et toto emota fugarunt pectore cura.  
 In vestibulo, ad dextram hujus lo-  
 ci, sportam video, de lacunari pen-  
 silem. Ex hac Titius, Gramma-  
 ticus Latinus, homo pastus hor-  
 deo, docebat cur, præter filiam &  
 uxorem conjugem, nihil domi præ-  
 de furibus relictum erat Filie. Quan-  
 doquidem; uxori nomen fecerat.  
 Enimvero, quæ, Grammatico ab-  
 sente, regularum, sine exceptio-  
 ne, omnium pertæsa, cum vicinis,  
 vino & amoribus etatem oblecta-  
 bat. Is, de arte sua, multa ac præ-  
 clara nos docebat. Eam cū huma-

no genere esse natam. Sine ea, neque loqui posse quenquam, neque quicquam scire, Ac ne ipsum quidem Tullium, preceptionum ejus omnium peritum satis sibi visum. In eadem, quasdam esse regulas domesticas, quae à Graecis *œconomicae* dicuntur, certas perpetuas: quales in re medica Hippocratis. Ut cum docet, Cornu esse indeclinabile. Cujus generis & illud, nemini, quod quidem sciret, observatum, Nomina in à bonae mentis esse impedimenda. Ut *Lelia*, ut *Caia*. Et haec esse catholica, quamvis nihil de his Proclus. Hanc eandem artem, si quis probe intelligat, arcana Rerum publicarum intelligere: quarum univ[er]sa ratio, in [Vide Aristot. in Polit.] primis decli-

declinationibus, aut sub anomalis, lateret. Huc spectare tria tempora. Præsens: ut, quæ sunt in manibus, constituantur. Præteritum: ut, de futuris recte ex eo judicetur. Futurum: ut quæ eventura sunt, prospiciantur. Atque eo, ornatissimum doctissimumque virum Priscianum respexisse. Nos precati Deos, ut per singula diu esuriret, lubentissime discessimus. Mox in proximum dilabimur conclave. In quo volitabant animæ eorum, qui è terris calidissime excesserant. Plerique, maximo cum creditorum luctu. Ac Mercurio, qui regnare inter eos duplici de causa optinebat, placuisse haud ita pridem dicebatur, ut, quicumq; lapsus opibus

D 3

asc fi-



ac fide vita excessisset, intra annum hunc vertentem iterum in terris nasceretur, ut rem creditoribus persolveret. maxima cum plurimum voluptate, qui Platonicum, quo inferi utuntur, ignorabant. Quidam studia & mores nostros lepida vernilitate referebant, neque quicquam ibi non fiebat, quod in terris fieri consuevit. Ac cum adolescens quidam, forma liberali virginem amabat. Dos utrinque magna. Quae cum lance expenderetur, visi sunt adolescenti, asses duo admodum deesse. Ut tantillo momento dos puellae alteram excederet. Ubi res cum haecenus haberet, ac tum forte quidam, nihil minus quam inelegans, astaret,

HODIE NIHIL.

ret, fuasit, ut maledicum theolo-  
 gasterium quendam, ex eorum ge-  
 nere, qui omnium iudicio, scurra-  
 rum partes clanculum nunc agunt,  
 & libellos ferunt, lanci adderet. Es-  
 se quippe minimi momenti quod  
 deesset. Illo autem nihil esse levi-  
 us. Rebus enim turbidis erectum,  
 postquam cetera turbasset, & do-  
 gmaticorum placita conatu ma-  
 gno evertisset, nihil adhuc certo  
 scire, nihil certo affirmare. Et hoc  
 neminem iam ignorare. Publi-  
 ce interim convictum levitatis,  
 more meretricum, [lis qui ex publica  
 autoritate, eam castigarunt.] probis e-  
 am objectare. Accedere, quod  
 nudus iam obambulet, postquam  
 avibus Sarmaticis, ex lege inter-  
 dicti,

dicti, Uti possidetis, ornamenta sua restituere coactus esset: quæ hic insolenter iuventuti ostentasset. Possè & sociennum ejus addi. Tantum provide ac caute capsam adhiberet, ne utrunque Aquilo, hoc sidere æquinoctii, averteret. quovis enim vento, ac præsertim illo populari, hæctenus abreptos, nunc ad Scaldum circumferri, plane

Ut plumas avium, paposque volantes.

Acque ibidem, (plures enim notes dormiendo contrahebam) Hymentæum cani paulo post audimus. Chorum deducebat qui cubilibus cum ea clam non ita pridem consuevisse ferebatur. Quippe venustissimum, puelle dicam, an matrone, decus, more haud paucis usitato,

en, patre nat  
credulitat  
perat, extr  
urias fortun  
dicarat. It  
qui non sa  
antur. Is, u  
at, manu ea  
tra lachry  
cellulas, ab  
ola sub sult  
ymen, ô H  
ymen, ô H  
Carnis, ur re  
lterat capu  
træco nocti  
Hesperus p  
Cypridis  
Hesperille,  
Casta virgi  
Cedit omni

tato, patre nata qui ad Janum ni-  
 mia credulitate patrimonium con-  
 fregerat, extra casuum incerta &  
 injurias fortunæ castitatem suam  
 collocarat. Itidem ut opes suas so-  
 lent qui non satis cautum sibi arbi-  
 trantur. Is, ut forte pronubus tum-  
 erat, manu eam altera complexus,  
 altera lachrymulas humidulas,  
 tenellulas, abstergens, atque ad sin-  
 gula subsultans, ita inquit:

Hymen, ô Hymenæe,

Hymen, ô Hymenæe.

Cernis, ut roseum polo

Exerat caput Hesperus,

Præco noctis, & omnium

Hesperus pater ignium?

Cypridis teneræ comes,

Hesperille, decus poli,

Castâ virginitas tibi

Cedit omine cum bono:

12                    CAES CREDO,  
Hæc licet Dea sæpius,  
Ante legitimas faces,  
Ante & auspiciū tuum,  
Qualis aut Zephyrus levis  
Pertur, aut tenuis vapor,  
Cessit, & extremos fugit ad Æ-  
thiōpas.

At piæ trepidant nurus,  
Et piæ comites gemunt  
Interim, & lachrymas parens,  
Et pium parat osculum,  
Ipsaque, heu metuens viri,  
Horret attonita, ac tremit,  
Et magis, magis, ac magis  
Flet misella, premens torum.  
Ille autem: ille autem,

Pulchra cum rediit dies,  
Imque purpureo igneam,  
Tollit Oceano comam,  
Inter & teneras nurus,  
Inter & comitum agmina,  
Dulcia commemorat casti argu-  
menta pudoris.  
Hymen, ô Hymenæe,

Hy-

Hy-  
Hymen,  
Sponsa, j  
Turtur ill  
Imque l  
Mite, & h  
Parce, pa  
Parce, n  
Septimill  
Nequa vi  
Blanda v  
Cui nocet  
Sors quea  
Ira tota D  
Sponse,  
Pectus ur  
Sponse, q  
Quanta g  
Quas tibi  
Exeret j  
castina l  
mov  
Queas  
AURIC

Hymen, ô Hymenæe.  
 Sponfa, jam tenerum move,  
 Turtur illa, pedem move.  
 Jamque lachrymulas procul  
 Mitte, & humidulis, mea,  
 Parce, parce precor, genis.

Parce, non tibi vel leve  
 Septimilla periculum est,  
 Nequa virgineum tibi  
 Blanda vis minuat decus;  
 Cui nocere nec invida  
 Sors queat, neq; jam queat  
 Ira tota Diespitis.

Sponse, nec tibi nunc minus  
 Pectus uritur igneum.  
 Sponse, quæ tibi, quæ tibi,  
 Quanta gaudia nox parat!  
 Quas tibi, simul aureum  
 Exeret jubar æquore  
 Crastina lux, cœlo que atram di-  
 moverit umbram,  
 Queas beate, quot adferu  
**AURICULAS ASINI!** Porro,

D 6 omni-

omnibus his pariter Eutrapelus  
 praesse putabatur. Is in parte qua-  
 dam abdita, fumos circumstanti-  
 bus vendebat. Sed tum orta forte  
 disceptatione gravi ac molesta,  
 multisque è Senatu Populoq; mor-  
 tuorum contendentibus, quis mini-  
 mum obstrictus esset alteri; prater  
 expectationem omnium respondit,  
 Eum esse, qui in terris animam de-  
 beret qua, cum res, aiebat, sit levis-  
 sima, ut Plato docet, neque ullius  
 precii in debitoribus, nihili ut plu-  
 rimum hominibus, nemo est qui e-  
 am exigat. Atque, ne danista qui-  
 dem ullus est tam fatuus, qui, vel  
 criobolo, oblatam pignori, sit acce-  
 pturus. Ne somnes pariter virtutes  
 & scientia accedant. Inter quas  
 vix

Ho  
 vix ullar  
 in collybist  
 nummum  
 temporis  
 um ad pon  
 anti esse q  
 ut, neque  
 uate cum  
 intelligeret  
 ed junxit.  
 esse sensu  
 cripi P  
 quod fa  
 delectar  
 dentiffin  
 videtur  
 terris v  
 uni vos  
 gēda d

vix ullam esse, quæ, si usitato inter collybistas more expenderetur, minimum tricentem prægravaret. In emporiis id sciri posse. In quibus, cum ad pondus cuncta exigantur, tanti esse quæque, quantum possidet. neque sane pluris. Quæ urbanitate cum non paucos delectari intelligeret, plura in eandem rem adjunxit. Præcipue autem, ubi nos adesse sensit. Atque, ô Conscripti Patres, inquit, alios, quod sæpe observavi, alia delectant. Mihi vero, prudentissime ævum exegisse is videtur, qui brevissimam in terris vitam, quæ bis nulli, uti vos novisse reor, transigenda datur, sine curis ac molestiis



lestiis de alieno egit. Nam cum pura, simplex, ac ætheria sit anima, mirabor equidem si quisquam ita desipit, ut ad eam, quid in terra creditores nostri gerant, pertinere arbitretur. *Addidit & literas ad suos: sed quæ dormienti exciderunt. Quarum tamen summa hæc erat: Petere se ab hæredibus, ut memoriam sui sanctam atque inviolatam colerent. Inprimis, ut insignibus quæ in majore templo dedicata erant, par calcarium adjungerent. Eo se honore dignum, quod celeritate tanta creditoribus elapsus esset. Ipsi autem credito-*

ditores, quin ad unum omnes : fide ut quisquam optima, decepti essent, disceptari non debere. Ac id quidem ita se habere, Styga se jurare : cujus numen ac religionem, ne Deorum quidem quisquã hæctenus impune pejerasset. Iplis porro Diis & deabus, omnibus ac singulis seorsim, agere se gratias, ac semper esse acturum, quod ante obitum vidisset, nondum omnem in hac gente celeberrima simplicitatē periisse. Cui rei se illustre documentum maximis indiciis dedisse. *Addebat in mandatis, ut, si cuiquam prorogare visum*

*sum*

sum esset vitam, dum ad idem,  
 unde semel profecta sunt, cuncta  
 astra rediissent, eandemq; unversi  
 descriptionem caeli longis interval-  
 lis retulissent, quem Platonici vo-  
 carunt annum, omnibus ad unum  
 rem solutū iri. Jovis & Majae filio,  
 Atlantis & Pleiones negoti, Mer-  
 curio, sic visum. qui non parva in  
 his talibus autoritatis apud Deos  
 manes esset. Hic humanae curiosi-  
 tatis vitio, opertam pyxidem re-  
 cludo. In qua nihil, praeter fila pu-  
 tria, ac nodos quosdam, mille mo-  
 dis involutos, & ut Plauti verbo  
 utar, contortuplicatos, video. Fun-  
 do inscriptum erat,

LEVES, MINUTAE QUESTIONES,

RANCIDAE,

PRIDEM SEPULTAE, NUNC RE-

MATAE DE NOVO.

Juxta

Juxta, folia Sarmatica facebant.  
quibus, animal non magnum, facie  
humana, incubabat, cætera cha-  
maleontem referebant. quem, mu-  
tare sæpius colorem, fama tenet; nisi  
quod candorem, ut pleriq; volunt,  
ac ruborẽ, nescit. Quorum hic sin-  
ceritatis, ille verecundiæ, putatur  
Tergo, & ex parte caudæ quam e-  
xile esse voluit natura, literis mi-  
nutis, ac propemodum jam fugien-  
tibus, inscriptum erat, **DIES DI-  
EM DOCET.** Membris cæteris,  
**CAVETE CHRISTIANI.** Egre-  
dientem somnus subito destituit,  
ita domum & ad me reversus sum.  
Aliquantũ sane præter animi sen-  
tentiam, cum nec gratias egissem  
illi, quæ nos humanissime circum-  
duxif-

duxisset, neque pauca essent, quae,  
 è Luna, optima Dearum, sciscita-  
 ri vellem. Atq; ita quidem somnia-  
 re destiti: multis circumspectior,  
 qui toto vitæ tempore hoc agunt.  
 Nisi, aut Seleucum, qui terrarum  
 orbē infinitum esse dixit, aut pru-  
 dentiores illo Stoicos, qui anima-  
 tum, aut Democritum ac Metro-  
 dorum, ut de Epicuro taceam, qui  
 plures tradiderunt, aut Hippo-  
 nem, qui ex aqua, credo, ne cum  
 alius sentiret, animam constare  
 voluit, cum nō paucis aliis ex ple-  
 be sapientum, vigilasse existima-  
 mus. Quod si visa quadam minus  
 coherere videbuntur, moris apud  
 nos est, ut qui dormit multum de  
 iudicio remittat, nec ad normam,  
 quod

ad nunc q  
 corum om  
 tem, qui E  
 unt, ut co  
 Sylvani,  
 te memini  
 oculos app  
 aures gese  
 u fertur,  
 acta, nisi q  
 niformis, E  
 quam m  
 ab unq  
 que capu  
 quod in som  
 ma sepe  
 quod n  
 am eveni  
 ris confu


quod nunc quidam solent, analyticatorum omnia componat. Novi autem, qui & vigilantes ita scribunt, ut cornuto capiti, quale est Sylvani, aut illius cuius paulo ante memini, genas Pasicompsæ & oculos apponant. Sed hac lege, ut aures gestet, quales habuisse Midas fertur. Non est autem facies exacta, nisi quæ cum elegantia est uniformis, & cum corpore integro quam maxime coheret, nisi quæ ab unguiculis ad summum usque caput uno filo procedit. Quod in somno non servatur, qui in forma sepe ludit, sepe in modo, & quod nunc historicis quibusdam evenire video, rationem temporis confundit. Si quæ prætermissa

missa videbuntur, feriis hybernis  
 totum hoc supplebitur. Nunc &  
 noctes paulo sunt contractiores, ne-  
 que parum fuit festinandum, ut  
 ex ultimo Septentrione in patriam  
 redirem. In quo Veredarios, nisi fal-  
 lor, longe omnes antecessi: quibus  
 mense integro est opus,  
 ut conficiant hoc  
 iter.

FINIS.




rius hyberni  
Nunc &  
Etiores, ne  
ndum, ut  
n patriam  
rios, nifal-  
si: quibus  
opus,  
oc









Exemplar  
H. 1. 1. 1.  
Buchanan

+ M E  
DIAL  
SAT  
C  
IS ANIT  
TIV  
In Gram

Ha crudelis  
stribat a ce  
furtus, tagu  
peros vendi  
haus poplar  
patroni affa  
creto

C

M

A

Handwritten text at the top of the page, possibly a title or header, including the word "Gottes".

Vertical column of handwritten text on the right side of the page, likely a list or index.

Decorative flourish and handwritten text at the bottom of the page.

